diam, vel ad ſufficientem dotem conſti-
tuendam ſufficiunt, procurent, atq;
ipſo opere perficere non negligant, quo-
tiescunq; preterea neceſſe fuerint, ad
iſta ſint et maneant obligati. Hac i-
taq; et nulla alia ratione dictam Eccle-
ſiam S^t. Georgij in Rottenwaſſer præſen-
tibus noſtris litteris et authoritate or-
dinaria declaramus et publicamus,
per ſe parrochialem, à prima olim ſua
matre in Waldaw ſegregatam. jus pa-
tronatus volumus et concedimus, ut Se-
natus Gorlicenſis habeat et obtineat per-
petuis temporibus, hanc inſuper novam
parrochialem Eccleſiam in debita ſer-
vet atq; retineat tutela, Salvo tamen
per omnia jure loci ordinarij. jn cujus
rei evidens teſtimonium officij noſtri Si-
gillo appendi et muniri fecimus. Dat.
Budiſſinæ in domo noſtra parrochiali
die prima Julij Anno milleſimo quin-
genteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Joannes Leiſentritius.